

I. N. S. S. T.

4889
In: 4848
C. 2
37.

CALENDARIUM FLORÆ,

QUOD,

VENIA EXPERIENTISSIMÆ FACULT. MED.
IN ALMO UPSALIENSI LYCÆO,

PRÆSIDE,

VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

**DN. DOCT. CAROLO
LINNÆO,**

EQUIT. DE STELLA POLARI, ARCHIATR.
REG. MED. ET BOTAN. PROFESS. ACAD. UPS. HOL-
MIENS. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL. LONDIN.
MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOCIO,

PUBLICÆ VENTILATIONI SUBJICIT

STIPENDIARIUS REGIUS,

ALEXANDER. MAL. BERGER,
VERMELANDUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. XXXI. MARTII,
ANNI MDCCLVI.

H. A. M. S.


UPSALIÆ, Excud. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typogr.

Herren

BRUKSPATRONEN,

Ådel och Högacknad

HERR CARL
BERGER,

Min Huldaste FADER.

Den dagen är änteligen uprunnen, på hwilken förstlingen af en planta upoffras åt den som med bekymmersam hand om des fortkomst alltid varit sorgfällig. Men då den med wördnad betänker all den kostnad ock bekymmer som skötselen hit tils ock ännu fordrar, förloras hon lika som i ett tårande bekymmer öfwer sin wanmakt ock ännu warande ofullkomlighet, att wisa skyldig årkänsla, för all wist ömhet; Men om försynen ock ett än blidare öde behagar tildela henne högre förmögen-

mögenheter härefter ; skal erkiänslan blifwa desto fullkomligare. Wärda derföre Faderligen wäxten ännu en tid, så hoppas han förmedelst den Allmäktigas hjälpande hand, at de Blomster som plockas på de blomstrande Fält, skola med tiden gifwa mognare frucht, ock dermed hugna en öm Fader på des älderdom. Uptag då min huldaste Fader förstlingen af min ålders wår, såsom en, ehuru ringa, dock fåker underpant, af en barnslig wördnad, hwilken jag likwål med ord åfwen så litet förstår afskildra, som det faller mig aldeles omöjeligt, at med någon gärning densamma wederbörligen å daga lägga. Men åfwen denna min egen oförmögenhet, skall upmuntra mig, at med desto ifrigare böner dageligen anropa Allmagten om mina hulda Föräldrars beständiga wälgång, ock at jag, så länge som de oundwikeliga lagarna kunna tillåta, få måtta mina ögon af så kiära Föräldrars lefnad ; i hwilken önskan jag stådse med en den renaste nit och wördnad framhårdar

Min Huldaste FADERS

Lydige Son,

ALEXAND. MAL. BERGER.

Monsieur.

Vous montrés au public dans votre belle dissertation Academique les progrès, que Vous avez fait dans une science, qui est montée dans notre pais à un grand degrés de perfection sous la conduite & par les soins d'un grand Maitre. Vous y faites voir Votre genie & Votre érudition aussi bien que l'application que Vous avez à l'Histoire Naturelle. Vous pouvez Vous attendre pour recompense de Vos peines l'estime de Vos compatriotes, ce qui sera pour Vous une sensible satisfaction. Continuez, Monsieur, Votre asiduité dans les sciences, & je suis assuré que Vos travaux seront un jour dignement récompensés. Je suis

Monsieur,

Vôtre très-humble Serviteur,
AXEL LAGERHIELM.



B. C. D.

CALENDARIUM FLORÆ,

*in quo gaudia anni secundum ejusdem progressum, e sub-
lunaribus petita, primum propositurus, idque secun-
dum clima Upsaliense, ad annum 1755. observatum,
sequentia præfari necessum duco.*



Tempus omnia ita sensim accelerat, ut in cursu & motu unumquodque esse videatur, suumque tempus habere singula, ut loquitur sapienter sapientissimus mortalium Salomo; cui concinne adstipulatur Virgilius: *stat sua cuique dies.*

Ad tempus hoc rite determinandum omnem Astro-
nomi moverunt lapidem, quibus accurata temporis divisio
debetur, quique infinita diligentia cursum, motumve
corporum cœlestium observando, eo tandem devenerunt,
ut tempora futura accurate prædicere queant, & illa in
Annos, Menses, Hebdomadas, Diesque ita distribuere,
ut inde vulgus habeat Cœndaria tanquam normam, se-
cundum quam æquales illius partes observare & numera-
re queat.

Haud aliter ac diffusa illa Astra in sublimioribus cœ-
li regionibus radiant, lucent & ornant, ita etiam sublu-
naria hæc, tempore æstivo, rutilantes & splendentes va-
rio colorum genere flores coronant & depingunt; nam
quod est superius, est quasi inferius, secundum effatum
Alchemistarum.

Hiscæ stellulis, ut ita dicam, terrestribus quantum
temporis & laboris, per plura retro secula, impederint Bo-

A

tanices

tanices gnari, ut illarum nomina, naturam & indolem per-
noscerent; eo tamen scientiam hanc perducere non po-
tuerunt Astronomos imitando, ut æque distincte, licet
alio modo, huc usque pulcherrimam hanc doctrinæ par-
tem proponere valuerint.

Cuique *florum* suum est *Tempus*; frustra namque quæ-
rimus autumnali tempestate *vernales* & vernali *autumna-*
les florum cohortes; per statas enim anni partes alios
propullulantes, caulescentes, florentes, fructificantes & e-
vanescentes videmus; iterum alio tempore per vices sic
alios in aliorum loco succrescere observamus, idque *tanta*
celeritate, tam constanti ordine & lege, secundum natu-
ræ ductum inter se, ut vix sine summa admiratione &
animi sensu ejusmodi festinantem seriem & varietatem
intueri quis poterit.

Sol calore suo vitam Plantarum dum generat, corde
namque destituuntur, producit quoque quodque vegeta-
bile secundum indolem & naturam cujusque serius aut ci-
tius, prout hæc vel illa planta majorem vel minorem
caloris gradum requirit, usquedum justam obtinet matu-
ritatem. Nam veluti specie discrepantia ova, dum ex
avium vario genere, eodem licet tempore, gallinæ foventi
supposueris, non æquali tempore excluduntur, sed maturius
aut tardius alia; sic nec flores simul & semel prodeunt, ve-
rum statuto tempore, prout majorem caloris gradum ad-
miserint naturæ suæ convenientem.

Etsi annus in partes a Conditore universi dividitur
distinctas, per solem æqualiter in terram radios suos emit-
tentem; non inde propterea *Æstas* dijudicanda & metien-
da, quam multitudo glaciei, nivium, tempestatum bo-
realium & alia impediunt, ne omnibus quibuscunque an-
nis æque cito incalescat aër; proinde secundum calorem aë-
ris maturat anni temperatura citius vel serius; hoc vero o-
ptime & aptissime ex variis florum speciebus dijudicatur.

Quum

Quum vero æstatis tempus dependeat ab aëris calore majore vel minori, ut flores proportionaliter hinc sese conspiciendos præbeant, ita tamen, ut una species alteram sequatur constanti lege: facile anni tempestates inde & æstas mensurari potest, quod tantopere huc usque indesideratis, propter usus œconomicos, & frustra ab astris expectarunt.

Hinc plantæ annis variis, Mensis spatium citius vel tardius floribus prodeunt & sese conspiciendos præbent, licet successive & naturali ordine sese excipiant ad solstitium usque æstivum, quo omnibus fere annis conveniunt; eodem prorsus modo pergunt & properant vel retardantur cunctando, quo propius autumnum fuerit perventum & hiems in procinctu tarde magis vel minus expectanda. Quo vero accurate determinetur hujusmodi temporis acceleratio vel retardatio, observandi sunt quovis in loco omnes specierum flores, quo tempore *primum* in conspectum venerint, & hoc ipsum memoriæ, quo melius servetur, quotidie annotandum & omni tempore, ut series inde, quam servant, concatenata obtineatur. Quamobrem speciminis loco heic proponere animus est flores eo ordine, quo sese fere omnes explicare ceperunt anno proxime præterlapso 1755, in horto Academico Upsaliensi. Quocirca tenendum pene omnes, in sequentibus propositas plantas, sub dio crevisse, in eodem solo horti paululum depresso & terra humo ejusdem fere indolis communi, si modo unicam circiter excepero *Decuriam*, collectam in locis sylvaticis haud procul dissitis, quæque in hortis difficulter admodum culturam admittunt.

Ad latus mensis & diem prædicti anni apposui, non eum in finem, quo quis sibi persuadeat Flores redituros omnibus annis eodem die & mense, sed tantum propterea, ut alii videant & cernant anni istius Calendarium & qua circumspeditione usi simus.

Discernendis cultis ab incultis, priorum nomina trivialia *litteris cursivis*, ut dicitur, typis mandari curavi & præcipuas quasdam, ut prognosticas, notatu dignas asterisco (*) indigitavi.

Has omnes ulterius ita disponendas censui in *Menses*, secundum divisionem, quam reperire licuit, aptissimam; non vero e re esse judicavi menses formare æquales, quum scopus mihi non fuerit dies determinare, sed unice & præcipue æstatis majorem vel minorem accelerationem.

Floribus sic accurate annotatis addendum erit hisce tempora, quibus regnum Animale suas subit mutationes, veluti cum *Aves* migratoriæ adveniunt & recedunt; quo tempore aves quæcunque *ova* ponunt vel excludunt, plumas mutant; *Pisces* varii generis ludos veneris ad littora celebrant; quando feritur Ager, quo tempore *ceres floret, maturat* frugem, cætera. Hac ratione eo tandem pervenire licet, ut e florescentia queamus dijudicare quid quotidie faciendum, quod observandum. At huic rei perficiendæ multum requiritur temporis & ut is, qui hæc rite observabit, ruri degat præprimis, ubi omnia facilius oculis lustrare convenit. Si nostræ nationis Ruricolis in deliciis essent ejusmodi observationes, vel etiam exteris placerent, tempus quam jucundissime fallerent his & similibus immorando; certo etiam certius mihi persuasum habeo, adeo tenue initium, tandem majora & majora incrementa capturum, usque quo utilissimum evaderet opus, ut inde multa & maxime proficua œconomiae privatæ redundarent commoda; imprimis tempus seminis sationi & messi aptissimum eo stabiliretur. Deinde tempus fœnificii cuilibet solo convenientissimum; quandoque fructus horarios varii generis cibo aptissimos colligere liceret. Hinc hortulani discerent quo tempore veris plantarum radices denudarent, quando spargerent semina in hortis, hesperides exponerent & introduce-

ducerent : Quo tempore autumnali plantas intra hybernacula servandas ollis infererent ut tutius a frigore defenderentur. Quomodo hortos arte toparia & plantis coronariis instruerent, ut perpetua florescentia ridentes flores alii alios exciperent, quocumque anni tempore, jucundum ut semper exhiberent spectaculum, quemadmodum *Padii* flores excipiunt *Syringæ* & *Syringæ Philadelphi*, *Philadelphi Rosæ serotinae*.

Dum plura ejusmodi Calendaria variis locis & regionibus uno eodemque anno conficiuntur; facile erit ex hisce florum generibus eorumque florescentia colligere, quæ differentia unius Regionis climatis ab altero; & quare plantæ ex climate meridionali allatæ apud nos, non raro, vix ad frugem perveniunt, e boreali vero facillime. Botanici & Pharmacopœi, quorum est plantas sub ipsa florescentia legere, hoc modo præscire queant, quo anni tempore hæc vel illam plantam colligere datur in suo ornatu, ne illam frustra quærant tempore alieno. Ex hortorum plantis intelligere hac ratione quoque possunt, quænam in pratis, & campis eodem temporis articulo florent, & contra.

Paucis hisce, & horum similibus Calendariis, niti & inædificari debet ita dicta *Practica rustica* vulgi, quæ huc usque fundamento nimis lubrico, in desuetudinem in tantum abiit, ut inter commenta absurda hodie referatur, quæ nihilominus & potest & debet, secundum hæc principia, in idem fastigium evehi, ut illa haud facile bonus œconomus destitui queat. Hinc agricola scire tandem poterit justum & aptissimum temporis articulum, quo negotia sua feliciter peragere potest; ut cetera taceam.

MENSES.

MENSES.

- | | | | |
|-----------------------|---------------|-----------|--------------|
| I. GLACIALIS. | Ovum, | hyalina, | incipit. |
| II. REGELATIONIS. | Embryo, | alba, | reviviscit. |
| III. GERMINATIONIS. | Infantia, | pallida, | prodit. |
| IV. FRONDESCENTIÆ. | Pueritia, | viridis, | caulescit. |
| V. FLORESCENTIÆ. | Adolescent. | purpur., | florescit. |
| VI. GROSSIFICATIONIS. | Juventa, | rubra, | defloresc. |
| VII. MATURATIONIS. | Ætas virilis, | fulva, | fructificat. |
| VIII. MESSIS. | Æt. provecta, | flava, | maturat. |
| IX. EXSOLATIONIS. | Ætas effœta, | livida, | dissemin. |
| X. DEFOLIATIONIS. | Senecta, | obsoleta, | tabescit. |
| XI. CONGELATIONIS. | Decrepita, | fusca, | cadit. |
| XII. BRUMALIS. | Mors, | atra, | perit. |

labitur occulte fallitque volatilis ætas.

I. GLACIALIS. WINTERIDEN.
a solstitio hybernali in Æquinoctium vernalium.

XII: 13. Butyri separatio a vase ligneo.

I: 1. Lacustris glaciei fracturæ longitudinalis. Råfner.

2. Fragores nocturni parietum ligneorum.

4. Stercorum equinorum subsultus.

8. Pluvia trium Regum. Trettondedags tö.

26. Pluvia pauli. Pålsmaßo flast.

II: 22. Dies chalybeati sæpe inter 20 & 28 Februarii

Post ubi riphæi torpentia frigora brumæ
candidus aprica Zephyrus vegetaverit aura.

Columell. 77.

2. Tum apud nos sæpius intentissimum frigus,
quod summum observatum ad grad. 31 s. 32.
supra congelationem.

II. REGE.

II. REGELATIONIS. RZÄDRAGE.
a Nivis primæ liquatione in Glaciei fluviorum discessum.

- III: 19 Tecta stillant ad solem meridianum. Dagsmedian.
20 Nix solvitur ad parietes.
22 Aqua ad parietes fluit.
25 Viæ conspurcantur & spargunt aquam.
- IV: 1 Stercora equina rodunt glaciem. Windwafar.
3 Lapidés separantur a glacie. Heta stenen.
6 Colles denudantur nive semisoluta.
Colubri prodeunt.
Tetrao Tetrix musitat.
7 Papilio Urticarius copiosius evolat.
Anas Boschas parit.
10. Inundatio aquæ nivalis.
Fluvii solvuntur glaciesque tranat.
Esox Lucius parit.
11. Absorptio aquæ nivalis. Kialen går up.
Cellæ subterraneæ subinundantur.

Solvitur acris hyems grata vice veris & favonii.

Horat. I. Od. IV: 1.

- 7 Papilionis proventum sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur, ob infirmitatem animalis. *Plin. XVIII. 25.*
- 10 Fluvius Upsaliensis per septuaginta annos, ultra diem 19 Aprilis glaciem nunquam retinuit, observante Reverend. DD. O. Celsio, sen.
- 10 Esox Lucius cessat parere cum Rana temporaria incipit.
- 11 Tegmenta hyberna e plantis hortensibus removenda, ne turiones evadant.
Vaporaria, pro Melonibus parata, serantur.

III. GER.

III. GERMINATIONIS. SÄMNINGSTIDEN.

♁ Motacillæ albæ adventu in Hirundinis adventum.
 a primo flore in vernationem primæ arboris.
 per Leucoji vernalis totam florescentiam.

IV. 12	Corylus Avellana.	21	Osmerus Eperlanus parit.
	* Tussilago Farfara.	28	Salix capræa.
	Crocus sativus.		Viola odorata.
	* Leucojum vernale.		defl. Croc. sativus.
	Galanthus nivalis.	30	Empetr. nigrum.
	Motacilla alba advenit.		Tussilago Petasites.
	Falco Tinunc. adv. V. 1		Mercurial. perennis.
	Cyprinus Asp parit.	*	Primula veris hortensis.
	Rana temporar. coaxat.		Fumaria bulbosa solid.
14	Ranuncul. Ficaria.	3	Anemone Pulsatilla.
	Ornithogal. luteum	*	nemorosa.
	Draba verna		Viola hirta.
16	Pulmonar. officinalis		Alarum europæum.
	Anemone Hepatica	*	Motacilla Oenanthe adv.
	Daphne mezereum		Campi virescunt a pluvia.
	Meleagris Gallopavo parit.	7	Anemone Ranunculoid.
	Hord. commun. vulgo serit.		Salix viminalis.
	vernat. Samb. racemol.		vern. Rubus fruticosus.
	Lonicera perfoliata	8	Adoxa Moscatellina.
	Diervilla	*	Ulmus campestris.
17	Nymphæa lutea, fol. emerg.		Fumaria bulbosa cav.
19	Populus tremula		defl. Leucojum vernale.
	Cynogloss. Omphalodes		Galanthus nivalis.
	vaporarii plant. hort. serend.		Nix in umbra solvitur.

In princip. veris favonii bybern. emolliunt Cælum. Plin. II: 46.

12 *Florum prima ver nuntiantium Viola alba. Plin. XVI: 25.*

21 *Osmerus dum parit sæpius procellosa & nivosa tempestas est Upsaliæ & febres intermittentes grassantur.*

3 *Oenantes post adventum varius frigus adurit, hinc rusticis Uplandis: Sâdesårilan och sårestållan / stensqwåtan och sådes stidppan fölsas åt.*

8 *Semina Olerum serantur in hortis.*

Plantæ Meridionales bybernaculis exeat.

IV. FRONDESCENTIA. *POSTPRIMUM.*

Vernatio tota arborum: a Pado in Fraxinum.

ab adventu Hirundinis in Tulipam.

vernantes:

9	Hyacinthus botryoides. <i>Hirundo & Ciconia aduen.</i>	* Prunus Padus.
11	defl. Populus tremula	Corylus Aveilana.
12	Cuculus canorus cuculat	Sorbus aucuparia.
13	Oxalis Acetosella <i>Hordei sementis vera</i> <i>Plant. hortens. serantur</i>	Spiræa salicifolia.
14	Adonis apennina	* Betula alba.
	Primula Auricula	Berberis vulgaris.
		Salix viminalis.
		Evonym. europæus.
		Mespilus Cotoneaster.
		Philadelph. coronarius.
		Viburnum Opulus.
		Syringa & Ligustrum.
		Hippophæ Rhamnoid.
		Betula Alnus.
		Aceris platan. gemm.
15	Narcissus pseudo-Narciss. odorus	Rosæ, Robiniæ variæ.
	Motacilla Luscinia aduen.	Ulmus campestris.
		Cratægus Oxyacanth.
		Pyrus Malus.
		Prunus Cerasus.
		Rhamnus Cervispina.
16	Potentilla verna	Salix caprea.
		Cratægus Aria.
17	Adonis vernalis	Fagus sylvatica.
		Carpinus Betulus.
18	Fritillaria imperialis	Populus nigra.
20	Fritillaria Meleagris	tremula, alba.
21	Caltha palustris <i>defl. Anemon. Hepar. Nemor.</i> <i>Fumaria bulbos. solid.</i>	Tilia europæa.
		Betula nana.
22	Viola odorata	Quercus Robur.
24	Tussilago Petasites. <i>Magnus veris honos & odoræ gratia floræ.</i>	* Fraxinus excelsior.

Fraxino vernante vix amplius gelu.

hinc Hesperides bybernaculis educende.

V. FLORESCENTIA. BLOMSTREJDEN.

a Secales spica prima in ejusdem florem.

a Tulipa gesneriana in Sedum acre.

V. 25	Sambucus racemosa.	30	Trientalis europæa.
	* Prunus Padus.		Convallaria majalis.
	Ribes nigrum.		* Geranium sylvatic.
	Erysimum Alliaria.		Lychnis viscaria.
	Charophyll. sylvestre.		Veronica Chamædrys.
	Ranunculus acontifol.		Cyprinus Brama parit.
	* Tulipa gesneriana.	VI. 1	Primula farinosa.
	Dodecatheon Meadia.		Robina Caragana.
	Epimedium alpinum.		Abies gemmas exuit.
	Cyprinus Rutilus parit.	2*	Pæonia fl. simplicis.
	Spica prima Secales.		* Pyrus Malus.
26	Saxifraga granulata.		defl. Epimedium alpin.
	Pyrus communis.		* Secales spica omnis.
27	Chelidonium majus.	3	Juniperus communis.
	Rubus Chamæmor.		Rhabarbarum Rheum.
	arcticus.		Aquilegia canadensis.
	Trollius europæus.	4	Anchusa officinalis.
28	Cardamine pratensis.		Alopecurus pratensis.
	Prunus spinosa.	5	Globularia vulgaris.
	hortensis.		Geranium phœum.
	Cerasus.	7	Orchis latifolia.
	Narcissus poëticus.		Aquilegia vulgaris.
	Aquilegia sibirica.		Hesperis matronalis.
	defl. Hyacinth. botryoidis.		deflorata Pomona:
	Narcissus Pseudo-Narc.		Pyra, Pruna.
	Fritillar. Imp. Meleag.		Pinus, Abies.
	Adonis vernalis.		Tulipa gesnerian.
			Primula omnes.

B 2

25 Pado florente plenilunium cornicum (kråknædanet) duriori tempestate.

30 Brama ludit dum cessat Padus & Juniperus incipit; eaque cessante prodit Libellula.

7 Pulcherrima Æstas est, dum niveis quasi indueta linteis nuptias celebrat Pomona, lucentibus per pulvillos Tulipis, Narcissis, Pæoniis illuminantibus sylvas Abietis novellis turionibus, depositis gemmis, fumante Junipero.

28 Cardam. pratensi florescente Salmo fluvios adscendit.

VI: 8	Berberis vulgaris.	15	Rosa spinosissima.
	* Syringa vulgaris.		eglanteria.
9	Polemonium cæruleum.		cinnamomea.
	Geranium molle.		villosa.
	Ornithogalum umbellatum		Iris germanica.
10	Iris Pseud-Acorus.		sibirica.
	Centaurea phrygia.		Aconitum lycoctonum.
11	Geranium pratense.	16	Parnassia palustris.
	Campanula rotundifolia.		Nymphaea alba.
	Matricaria Chamomilla		* Pæonia plena.
	Potentilla fruticosa.		Dianthus plumarius.
	Lonicera tatarica.		Campanula patula.
12	Cratægus Aria.		Heracleum Panaces.
13	Silene nutans.		Rheum Raponticum.
	Geum urbanum.	17	Carduus heterophyll.
	Valeriana Pbu.		Valeriana officinalis.
	Thalictrum aquilegifol.		Lathyrus palustris.
	Adonis annua rub.		Chrysanth. Leucanthem.
	defl. Narcissus poeticus.		Euphrasia officinalis.
	Robina Caragana		Senecio vulgaris.
	Pæonia simpl.		Lonicera perfoliata.
14	Nymphaea lutea.	18	Dictamnus albus.
	Geranium uniflorum.		Allium Moly.
	Orchis maculeta.		Lilium bulbif. viv. VII: 4.
	Salvia sylvestris.		Iris variegata.
			Atropa Belladonna.
			* Secale hybernium.
			defl. Geranium sylvatic.

*Omnia vere vigent & vcris tempore florent
& totus fervet veneris dulcedine mundus.*

8 Ranunculis flavent prata.

13 Pæonia simplex desinit antequam plena incipit, uti
Rheum Rhabarbarum finitur, incipiente Rhapontico.

15 Rosæ præcoces incipiunt.

VI. GROSSIFICATIONIS. RANUNCULI.

per Sedum acre totum.

ab Hermerocallide flava in fulvam.

revoluta rubeat matura jam luce dies. Virg. Æn. X: 256.

VI. 20 Malva	moschata.	25 Sachys	fylvatica
• Sedum	acre.	• Anthemis	triumphetti.
Clematis	erecta.	• Spiræa	salicifolia.
• Hemerocallis	flava. VII: 16.	defl. Syringa	vulgaris.
Hydrophyll.	virginian.	26 Scutellaria	galericulata.
Phlomis	sibirica.	Epilobium	montanum.
22 Ophrys	insectif. myod.	Lilium	pomponium.
Centaurea	Cyanus.	Scorzonera	hispanica.
Carduus	Helenioides.	Bacc. Fragariæ	incipiunt.
Orobis	sibiricus.	27 Hypochaeris	maculata.
Delphin.	elatum.	Medicago	falcata.
Lonicera	Diervilla.	Sonchus	sibiricus.
23 Anthemis	Cotula.	Inula	oculus Christi.
Sedum	Aizoon	Nepeta	sibirica.
24 • Epilobium	angustifol.	Tordylium	latifolium.
Veronica	maritima	semina Anemones	Pulsatill.
	longitolia.	28 Anthirrhinum	Linaria.
Astragalus	alpinus.	Elymus	arenarius.
Serratula	alpina.	Bryonia	alba.
Philadelph.	coronarius.	Physalis	Alkekengi.
Dianthus	barbatus.	Clematis	integrifolia.
Linum	perenne.	Silene	armeria.
Chærophyll.	bulbosum.		
Tagetes	patula.		
Crepis	sibirica.		
defl. Berberis	vulgaris.		

20 Secale hybernum floret communiter a primo flore.
Sedi acris in Epilobii angustifolii primum florem.

VI. Grossi-

VI:29	Chrysanth. segetum.	VII: 1	Lythrum Salicaria.
	Lathyrus latifolius.		Heracleum Spondylium
	Rubus cæsius.		Convolvul. arvensis.
	Campanula glomerata.		Gypsophila fastigiata.
	Matricaria Parthenium.		Stachys alpina.
	Aconitum pyrenaicum.		Trifolium Melilotus.
	Delphinium grandiflorum.		Centaurea nigra.
	defl. Peonia plena.		Chrysanth. coronarium.
	Potentill. verna.		Verbascum Lychnit. alb.
			* Liliium Martagon.
			Ligusticum Levisticum.
	deplumatio Pavonis.		Campanula Rapunculus
30	Anthemis tinctoria.		Sideritis romana.
	Achillea Ptarmica.		defl. Dodecat. Meadia.
	Crepis biennis.	2	Campanula latif. VII:30.
	* Dianthus deltoides.		Anthericum osifragum.
	* Scabiosa arvensis.		Potentilla monspeliaca.
	* Hypericum Ascyron.		Delphin. elatum hybr.
	Gladiolus communis.	3	Verbascum nigrum.
	Sambucus nigra.		Thalictrum flavum.
	Carduus tataricus.		diocium.
	Aster annuus.		sibiricum:
	Ornithogalum pyrenaicum.		Serapias Helleb. palust.
	Athamanta condensata.		
	Lychnis coronaria.		
	Trifolium Lupinaster.		
	defl. Isatis tinctoria.		

*Peraëto solstitio Arbores crescere quiescunt.
opera Topiaria hortorum tondenda sunt.*

*Calor summus æstatis apud nos vix ultra gradum 31.
Intra tropicos vero vix supra gr. 32 nec infr. 26; gallinæ
incubantis calor circa gr. 35 ad 38, sub gr. 40. perit
embryo.*

VII: 4 Convolv.	sepium.	Iris	fœtidissima.
Trifolium	Melilot. alb.	Sisyrrinch.	Bermudiana.
*Lyfimachia	vulgaris.	Astragalus	galegiformis.
	Nummularia	Peucedan.	germanicum.
	atropurpurea	Athamanta	Cervaria.
Dianthus	virgineus.	7 Centaurea	Jacea.
Lychnis	chalcedonica.	Campanula	persicifolia.
*Digitalis	rubra.	*Humulus	Lupulus.
	alba.	Ononis	spinosa.
Polygonum	divaricatum.	Ligusticum	scoticum.
deflor. Liliū	bulbis. vivip.	*Rosa	canina.
5 Spiræa	Ulmaria.		alba.
Trifolium	montanum.		gallica.
Veronica	spicata.	Rubus	canadensis.
Holcus	lanatus.	Sangvisorba	officinalis.
Dodartia	orientalis.	Scabiosa	tatarica.
Telephium	imperati.	Papaver	somniferum.
Oenothera	biennis.	Phryma	leptostachia.
6 Achillea	Millefolium.	Corrigiola	littoralis.
*Galium	verum.	defl. Papav.	orientale.
Agrimonia	Eupatoria.	Cheroph.	sylvestre.
Campanula	Trachel. VII: 31.	Hordei	spica omnis.
Hypericum	perforatum.	Pisorum	legumina escul.
	birsutum.	Baccæ	Cerasorum.
	virginiana.	Fenisecium	primum.
Solidago	Carota.		
Daucus	rupestre.		
Sedum	reflexum.		
Liliū	Martagon albi		
Anthemis	valentina.		

7. Rosæ serotinae nunc florere incipiunt.

VII:8 Leonurus Cardiacæ.	Origanum vulgare.
Dianthus Armeria.	Dianthus coronarius.
Lilium bulbif. ovip.	Lavatera thuringiaca.
Rumex Patientia.	Vicia biennis.
defl. Philad. coronarius.	12 Centaurea phrygia.
Adonis sibirica.	• Cichor. Intybus.
Baccæ Vaccin. Myrtill.	Inula salicina.
9 Carduus nutans.	Epilobium hirsutum.
spinosissimus.	Picris echioides.
Arctium Lappa.	Lonicera Perichym. ser.
Scabiola alpina.	Malva Alcæa.
Cnicus cernuus.	defl. Hyperic. Ascyron.
Rudbeckia hirta.	Orob. niger.
Cichorium spinosum.	13 Inula Pulicaria.
Stachys germanica.	Lepidium latifolium.
cretica.	Sedum Anacamper.
Oenothera mollis.	Geranium malacoides.
Cannabis sativa.	Delphin. elat. aconiti.
Lathyrus tuberosus.	14 Actæa racemosa.
Frankenia pulverulenta.	• Sedum album,
Baccæ Rubi Chamæmori.	Veronica tomentosa.
arctici.	Echinops strigosus.
10 Artemisia vulgaris.	15 Eupator. cannabinum.
Prenanth. muralis.	Tanacet. vulgare.
Ballota nigra.	Erigeron canadense.
Clinopod. vulgare.	Serratula tinct. præalt.
Hyssopus officinalis.	Carduus eriophorus.
Teucrium Chamæpythbis.	Urtica cannabina.
Scrophular. aquatica.	Mentha gentilis.
Circæa canadensis.	spicata.
defl. Trifol. pratense.	defl. Sedum acre.
11 Sonchus arvensis.	Martagon vulgare.
• Tilia europæa.	Cuculus cessat cuculare.
Festinat decurrere velox flosculus æstatis.	

Fœnilectum cum Tilia europæa incipit, deflorato Trifolito pratensi, Rhinanthoque Crista galli quatiante semina.

VII. MATURATIONIS. *SEXTENTIDEN.*

a Sedo albo s. Hemerocallide fulva in Scabiosam succifam.

- | | | | |
|---------|-------------------------------|---------|------------------------------------|
| VII: 16 | <i>Sonchus alpinus.</i> | 22 | <i>Othonna sibirica.</i> |
| | <i>Hieracium umb. sab.</i> | | <i>Datisca cannabina.</i> |
| | * <i>Hemerocall. fulva.</i> | | <i>Apocynum cannabinum.</i> |
| | <i>Mirabiles omnes.</i> | | <i>Saponaria officinalis.</i> |
| | <i>Solidago canadensis.</i> | | <i>Cinna arundinacea.</i> |
| | <i>Fœnifecium summum.</i> | | <i>Dactylis cynosuroides.</i> |
| 17 | <i>Carduus lanceolatus.</i> | | <i>Centaurea glastifolia.</i> |
| | * <i>Sambucus Ebulus.</i> | 23 | <i>Centaurea Scabiosa, orient.</i> |
| | <i>Rudbeckia laciniata.</i> | | <i>Serratula centauroides.</i> |
| | <i>Glycyrrh. echinata.</i> | | <i>Scabiosa atro-purpurea.</i> |
| | <i>Mentha crispa.</i> | | <i>Phytolacca americana.</i> |
| 18 | <i>Dianthus superbus.</i> | | <i>Monarda mollis.</i> |
| | <i>Impatiens nolitangere.</i> | | <i>Conyza squarrosa</i> |
| | <i>Eryngium planum.</i> | 24 | <i>Inula Helenium.</i> |
| | <i>Salvia nutans.</i> | | <i>Aster Amellus.</i> |
| | <i>Gnaphal. margaritæ.</i> | | <i>Echinops sphaerocephalus</i> |
| | <i>Anemon. virginiana.</i> | | <i>Salvia canariensis.</i> |
| 19 | <i>Cucubalus tataricus.</i> | | <i>Dianthus monspeliacus.</i> |
| | <i>Helianth. divaricatus.</i> | 25 | <i>Inula dysenterica,</i> |
| | <i>Veronica spuria.</i> | | <i>Sium Sisarum.</i> |
| | <i>Allium descendens.</i> | | <i>Verberna urticifolia.</i> |
| | <i>Porrum.</i> | | <i>Melissa officinalis.</i> |
| | <i>Martagon album.</i> | 26 | <i>Gentiana Pneumonanthe</i> |
| | <i>Colchici folia cadunt.</i> | | <i>Melianthus rorid. multifl.</i> |
| 20 | <i>Aconitum Napellus.</i> | 27 | <i>Serratula alpin. lapatifol.</i> |
| | * <i>Lilium album.</i> | 28 | <i>Helianthus annuus.</i> |
| | <i>Dipsacus fullonum.</i> | | <i>Senecio sarracenicus.</i> |
| | <i>pilosus.</i> | 30 | <i>Napæa hermaphrodiaca</i> |
| | <i>Salvia agrestis.</i> | 31 | <i>Hyacinthus serotinus.</i> |
| | <i>Sonchus palustris.</i> | VIII: 1 | <i>Cucubal. baccatus.</i> |
| 21 | <i>Napæa diocia mas.</i> | 2 | <i>Aconit. Anthora.</i> |
| | <i>Aralia canadensis</i> | 3 | <i>Sedum Telephium:</i> |
| | <i>Verbena bastata.</i> | | <i>Scutellar. lateriflora.</i> |

*Mirabar celerem fugitiva æstate rapinam
 & dum nascuntur conseruisse Rosas, C*

VIII. MESSIS. **BARBONISSEN.**
a Scabiosa succisa in Colchici florem.

VIII. * 4	Scabiosa Succisa.	<i>messis</i> Secales hybern.
5	Aconitum <i>variegat.</i>	
6	Salvia <i>hispanica.</i>	
7	Campanul. <i>pyramidal.</i>	<i>defl.</i> Rosa gallica.
8	Scabiosa <i>maritima.</i>	
9	Eryngium <i>amethystinum.</i>	
	Physalis <i>angulata.</i>	
10	Malva <i>scariosa.</i>	
11	Gentiana <i>cruciata.</i>	
	Monarda <i>rubra.</i>	
12	Satureja <i>virginiana.</i>	
13	Helianth. <i>frondosus.</i>	
14	Artemisia <i>campestris.</i>	
15	Cynanch. <i>monspeliac.</i>	
	Aster <i>miser.</i>	
	Bidens <i>frondosus.</i>	
16	Eupator. <i>perfoliat.</i>	<i>Fructus</i> Humul. Lupul.
17	Coreopsis <i>tripteris.</i>	<i>Messis</i> Hordei vulgaris.
20	Hibiscus <i>syriacus.</i>	
22	Artemisia <i>Absinthium.</i>	
23	Helianth. <i>giganteus.</i>	
24	Aster <i>bellidioides.</i>	
	Urtica <i>canadensis.</i>	
25	Carpesium <i>cernuum.</i>	
	Polygon. <i>scandens.</i>	
26	Eupator. <i>purpureum.</i>	
	Aster <i>cærul. virg.</i>	<i>defl.</i> Hemerocallis fulva.

Flauentia demetit arva.

IX. EXSOLATIONIS. **FRUCTUJDEM.**

a Colchici primo flore in discessum Hirundinis.

VIII: * 28 Colchicum autumn. Plantæ calidæ introducendæ.

Conyza cinerea. Plantæ Indicæ ollis inferendæ.

29 Calealia suaveol.

30 Asclepias rubra.

31 - - Gelu leve vix nocuit.

* 1 Cyclamen europæum Morus nigra pallescit.

2 Adonis annua ser.

3 Physalis viscosa.

4 Collinson. canadensis Ficus carica pallescit.

6 Artemis. maritima.

8 Clematis vitalba.

9 Delpinium peregrin.

10 Artemisia rupestris.

11 - - Gelu destruxit calidas.

12 Artemisia Draco. Gelu mitius.

13 Clematis virginian.

14 Solidago serotina. Semina legenda.

15 Musa paradisiac.

Eupatorium maculat.

17 Inula crithmoid. 22 Hirundo submergitur.

Motacilla migrat.

Nos quoque fluimus sed flos fuit ille caducus.

Colchicum monet Hortulanos introducere intra hybernacula plantas indicas, cum Noctes ferreæ sint in procinctu.

Noctes Ferreæ dictæ apud nos inter Aug. 17--29 solent communiter adurere plantas calidas.

Procella disseminans post ortum Colchici plerumque verrit terram.

Pteris aquilina flavescit in sylvis a prima nocte frigida.

Calla palustris foliis flavescit a prima pruina.

X. DEFOLIATIONIS. ΕΠΙΣΤΡΩΣΙΣ

a casu primæ arboris foliorum in omnium arborum ultimam defoliationem.

DEFOLIATIO.

- IX:22 Atriplex maritim. Quercî folia arida, lutea.
 24 Nicot. Tabacum. Aceris folia noctu cadere incipiunt.
 25 Pruina.
 26 Robiniæ Caraganiæ folia cadunt.
 Acer foliis deplumatur.
 4 Padus deplumatur.
 5 Procella.
 6 Fraxini folia viridia cadunt.
 7 Ulmus deplumatur.
 Procella.
 Gelu.
 12 Tiliæ folia cadunt.
 Hybernacula claudenda.
 13 Populus tremula etiamnum frondet.
 14 Glacies.
 17 Corylus deplumata.
 20 Astragal. alopecur.
 25 Populus alba deplumata.
 27 Colchici flor. ult. Populus nigra deplumata.
 27 Destructio æstatis.
 28 Salices solæ frondent.

vernantesque comas tristis ademit hyems. Petron. 109.

Arbores frondibus demum FLAVIS: 1 Acer, 2 Quercus, 3 Robinia Caragana 4 Ulmus 5 Tilia. FUSCIS Evonymus. RUBRIS Sorbus, Rhus.

Fraxini folia dum cecidere introducenda Flora europæ australis intra hybernacula, ne gelu aduratur.

XI. CONGELATIONIS. *GUERISON.*

a defoliatione ultima in ultimam plantam virentem.

- X: 28 Iva *annua.* Nix cum gelu alternat.
XI: 2 Ambrosia *maritima.* Glacies regelat cum pluvia.
5 *Milleria quinqueflor.* Fluvii constinguntur glacie.
Nive obducta terra.
Fluvii glacie solida obducuntur.
Regelat terra cum nive.
Nix solidior.
Regelascit.
Pluvia implentur fossæ:
Hyems glacie fundatur.

Heu quam cuncta abeunt celeri mortalia cursu.

PLANTÆ SEROTINÆ quæ flores hoc anno non producebant, antequam hiems eas suffocabat:

- Artemisia *pontica solet sapius flores perficere.*
Abrotanum raro ad florescentiam pervenit,
annua quibusdam annis fructificationes optime perficit, quibusdam autem vix florem producit,
Tanacetum *Balsamita pluribus annis floret, vix unquam apud nos semina maturat.*
Chrysanth. *serotinum inter ultimos flores se sistit.*
Solidago *sempervirens raro floret, nisi in hybernacula recipiatur, sed semina numquam perfecit.*
Coreopsis *alata inter ultimos flores, qui non fructificant.*
Ageratum *altissimum ultimo floret, ut semina non attingat.*
Helianthus *tuberosus bis tantum visa sum floribus in Suecia.*

XII. BRU.

XII. BRUMALIS. JSMUNDEN.

ab ultima virente planta in solstitium hybernium.

XI: 5	Musci Lichenesque so-	Frigus grad. 19.
16	li lætantur.	Regelascit.
15		Frigus gr. 20 pulsitans parietes
20		Tempestat frigida variaque.

Quælibet orta cadunt & finem cepta videbunt.

Plantas florentes in provecam autumnum usque, dum gelu
eas apud nos destruit, corollarii loco adponere lubet.

Scabiosa arvensis.	Sideritis romana.
Lychnis dioica.	Calendula officinalis.
Polemon. cæruleum.	Chrysanth. fegetum, coron.
Inula Dysenterica.	Trifolium Melitotus alb.
Anethum Feniculum.	Chenopod. murale, ambros.
Agrostem. coronaria.	Reseda Luteola, Phyteum.
Polygonum Bistorta.	Borrago officinalis.
Cacalia svaveolens.	Silene Armeria.
Valeriana rubra.	Aster annuus.
Coreopsis tripteris.	Mercurialis annua.
Matricaria Parthenium.	Urtica romana.
Valantia cruciata.	Vicia biennis.
Althæa officinalis.	Plantago Psyllium.
Colchicum autumnale.	Nigella damascena.
Malva Alcea.	Valeriana calcitrapa.
Cheiranth incanus alb.	Lathyrus odoratus.
Aster tradesc. miser.	Helianthus annuus.
Erysimum cheirantoid.	Sorzonera picroides.
Matricar. chamomilla.	Sisymbrium vim. orient. Læf.
inodora.	Brassica Eruca.
Anthemis tinctoria alb.	Sinapis indica, Herman.
Æthusa Cynapium.	Picris Echioides.
Potentilla norvegica.	Anthemis valentina.
Tragopog pratense.	Malva maurit. glom. crisp.
Senecio eriger., viscos.	Adonis annua serot.
Geranium dissectum.	Cotula coronopifolia.
rotund. columb.	Oenothera biennis.
Echium vulgare.	Iberis racemosa.
Euphorbia heliosc. Pepl.	Alceæ rosea.

**

**

**

AUCTORI.

Ob sanguinis illud pariter ac amoris vinculum, quo tecum conjungor, temperare mihi non potui, quin, dum in eo jam es, ut specimen quoddam Academicum publici juris facias, & palam significem, quam bene Tibi cupiam, & progressiones, quas præsertim in scientia Medica supra ætatem fecisti pulcherrimas, impense Tibi gratuler. Quocirca & reliqua Tua decora, quibus optimorum quorumvis Tibi dudum conciliasti & favorem & amicitiam, Iubens jam dicerem, nisi obstaret illa Tibi congenita modestia, cujus certissima mihi indicia in dies & horas experiri contingit. In sola igitur vota meus erga Te affectus effundetur, sit Tibi semper Numen propitium, Tuisque conatibus honestissimis fecunda & constans fortunæ aura adspiret.

ERIC GUSTAF BERGIUS.

Min Herre.

Lika som blomstren hafwa sin wisla tid, på hwilken de upkomma, mogna och förfalla, altså är ock de dödligas lefnad af en allwis hand innom sina wisla afdelningar utstakad. Wi födas för att lefwa, och wi lefwe för att dö; men fall den, som ej fåfångt wist sig på denna stora werlds Theatern. Min Herre, som i detta sitt Academiska Snille-prof så berömligen omtalar Sommarens Tideräkning, wisar med det samma huruwål Dets egen tid blifwit i akt tagen. Jag fågnar mig så mycket mera häröfwer, som en från spåda åren emellan ofs knuten wånskap berättigar mig att taga del i min Herres wål, kan ej heller nu hålla mig med mindre jag allmänneligen får lyck önska min Herre till Dets märkeliga insigt i den ådla wetenskapen Natural Historien, hwilken framställer för våra ögon så ljusliga och oräkneliga wedermålen af Skaparens allmagt och wishet. Far, min Herre, ån widare fort att insupa sin storfrågade Ledares wisdom, så förestår Eder framdeles en så mycket större lycka, som det är wist, att få af Eder ålder kunna nu emot Eder upgå, mindre öfwerträffa. Lyckliga Edra förnåma och hulda Föråldrar, som både åga och åro wårde en sådan Son! lycklig åtwen jag, som åger en sådan wån!

S. E. U.